

# *Douglas Bennet Cockerell*

Geboren am 5. August 1870 in Sydenham Hill, gestorben 1945.

Ewell Type

Methuen & Co.

CAPITVLVM VI. INTERROGATIO DE EX-  
ERCITIO ANTE COMMVNIONEM  
VOX DISCIPVLI

**C**VM TVAM DIGNITATEM, DOMI-  
ne, et meam uilitatem penso, ualde contremi-  
sco et in me ipso confundor. Si enim non ac-  
cedo uitam fugio, et si indigne me ingessero  
offensam incurro. Quid ergo faciam, Deus meus, auxi-  
liator meus in necessitatibus meis? Tu doce me uiam  
rectam, propone breue aliquod exercitium sacrae com-  
munioni congruum. Vtile est enim scire qualiter scili-  
cket deuote ac reuerenter tibi praeparare debeo cor me-  
um ad recipiendum salubriter tuum sacramentum, seu  
etiam celebrandum tam magnum et diuinum sacrifici-  
um.

CAPITVLVM VII. DE DISCVSSIONE PRO-  
PRIAE CONSCIENTIAE ET EMENDATI-  
ONIS PROPOSITO

VOX DILECTI

**S**VPER OMNIA CVMSVMMA HVMILI-  
tate cordis et supplici reuerentia, cum plena fide  
et pia intentione honoris Dei ad hoc sacramentum  
celebrandum tractandum et sumendum oportet  
Dei sacerdotem accedere. Diligenter examina consci-  
entiam tuam, et pro posse tuo uera contritione ethumili  
confessione eam munda et clarifica, ita ut nil graue ha-  
beas aut scias quod te remordeat et liberum accessum  
impediat. Habeas displicantiam omnium peccatorum  
tuorum in generali, et pro quotidianis excessibus magis  
in speciali doleas et gemas. Et si tempus patitur, Deo  
in secreto cordis cunctas confitere passionum tuarum  
miserias. Ingemisce et dole quod ita carnalis adhuc es  
et mundanus, tam immortificatus a passionibus, tam  
plenus concupiscentiarum motibus, tam incustoditus

Musterseite in der Ewell Type.